Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



AD ROMA

filii eius multomagis reconciliati
salui erimus in uita ipsius. Non
solum autem sed et gloriamur in
deo per dominum nostrum ihesum x̄m
per quem nunc reconciliationem ac
cepimus. Propterea sicut per unū
hominem peccatum in hunc mundum intrauit. et per peccatum mors. ita
et in omnes homines mors per
transiit in quo omnes peccauerunt. Usq; ad legem enim peccatum
erat in mundo. sed peccatum autem non
imputabatur cum lex non esset. sed
regnauit mors ab adam usq; ad
moysen. etiam in eos qui non peccauerunt in similitudine preuaricationis ade. qui est forma futuri.
Sed non sicut delictum ita et donum.
Si enim unus delicto multi mortui
sunt. multomagis gratia dei et
donum in gratia unius hominis
ihesu christi in plures habundauit.
et non sicut per unum peccatum. ita
et donum. Nam iudicium quidem
ex uno in condemnationem. gratia autem ex multis delictis in iustificationem uite. Si enim unius delicto mors regnauit per unum homi
nem. multo magis habundantiam
gratie et iustitie. et donationis ac
cipientes in uita eterna regnabunt per unum ihesum christum.
Igitur sicut per unius delictum in
omnes homines in condemnationem
sic et per unius iustitiam in om
nes homines in iustificationem
uite. Sicut enim per inobedientiam
unius hominis peccatores consti
tuti sunt multi. ita et per unum obe
dientiam iusti constituentur multi.
Lex autem subintrauit ut habunda
ret delictum. Ubi autem habundauit de
lictum superhabundauit et gratia. Ut
sicut peccatum regnauit in morte
ita et gratia regnet per iustitiam in
uitam eternam per ihesum christum
dominum nostrum.

VI

Quid ergo dicemus. Permane
bimus in peccato ut gratia
habundet. Absit. Si enim mor
tui sumus peccato. quomodo ad huc
uiuemus illo. An ignoratis fres
quia quicumq; baptizati sumus
in christo ihesu. in morte ipius bap
tizati sumus. Consepulti enim su
mus cum illo per baptismum in mor
tem. ut quomodo surrexit xps a mor
tuis per gloriam patris. ita et nos
in nouitate uite ambulemus. Si
enim complantati facti sumus simi
litudini mortis eius. simul et resur
rectionis erimus. Hoc scientes quia
uetus homo nr crucifixus est. ut des
truatur corpus peccati. ut ultra non
seruiamus peccato. Si autem mor
tui sumus cum christo. Credimus
quia simul etiam uiuemus
cum christo. scientes quia christus re
surgens ex mortuis iam non moritur.
mors illi ultra non dominabitur. Quod
enim mortuus est peccato mortuus
est semel. quod autem uiuit uiuit
deo. Ita et uos existimate uos mor
tuos quidem esse peccato uiuentes